Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia, lat

Menardus <Eisnacensis>

[Basel], 1475

Oracio abacuc prophete pro ignoracionibus

urn:nbn:de:bsz:31-313543

Visual Library

Tunc mutabitur ſpūs: et pertranſibit et corru
et. Hec eſt fortitudo ei⁹ dei ſui. Nunquid nō tu a
principio domine deus me⁹ ſancte me⁹: et nō
moriemur? Domine in iudiciū poſuiſti eum:
et fortem vt corriperes fundaſti eum. Mundi ſūt
oculi tui ne videas malum: et reſpicere ad ini-
quitatem non poteris. Quare non reſpicis ſup
inique agentes: et taces deuorante impio iuſti
orem ſe? Et facies homines quaſi piſces ma-
ris: et quaſi reptile nō habēs principē. Totū in
hamo ſubleuauit: traxit illud i ſagena ſua: et con
gregauit i rethe ſuū. Sup hoc letabit̄ ⁊ exulta:
uit. Propterea imolabit ſagene ſue: et ſacrificabit
reti ſuo. Quia in ipſis incraſſata ē pars ei⁹: et
cibus eius electus. Propter hoc ergo expādit
ſagenam ſuam: ⁊ ſemper interficere gētes nō
parcet

Capitulum ij.

Super cuſtodiā meam ſtabo: et
figam gradum ſuper municōeꝫ
et contemplabor vt videam qđ
dicatur michi: et quid reſponde
am ad arguentem me. Et reſpō
dit michi dominus. et dixit [illegible] viſum et
explana eum ſuper tabulas: vt percurrat qui
legerit eum. Quia adhuc viſus procul: et ap
parebit i finē et nō mentiet̄. Si moram fecerit ex
pecta illum: quia veniēs veniet et nō tardabit.
Ecce qui incredul⁹ eſt: nō erit recta anima ei⁹
in ſemetipſo. Iuſtus autem in fide ſua viuet.
Et quomō vinum potantem decipit: ſic erit
vir ſuperbus et non decorabit̄. Qui dilatauit
quaſi infern⁹ animā ſuam: et ipſe quaſi mors:
et non adimplet̄. Et cōgregauit ad ſe omnes
gentes et coaceruauit ad ſe omnes populos.
Nunquid non omnes iſti ſup eum parabolā ſu
ment: et loquelā enigmatum eius? Et dicet̄
Ve ei: qui multiplicat non ſua. Vſquequo ⁊ ag
grauat cont̄ ſe denſum lutum? Nunquid nō repēte
cōſurgēt qui mordeāt te? Et ſuſcitabunt̄ lace
rantes te: et eris i rapinā eis. Quia tu ſpoliaſti
gentes multas. ſpoliabūt te omnes qui reli-
qui fuerint de populis: propter ſanguinem ho-
minis et iniquitatem terre ciuitatis. ⁊ omniū
habitancium in ea. Ve qui cōgregat auariciam
malā domui ſue: vt ſit in excelſo nidus ei⁹:
et liberari ſe putat de manu mali. Cogitaſti cō
fuſionem domui tue: cōcidiſti populos multos
et peccauit anima tua. Quia lapis de pariete
clamabit et lignum qđ inter iuncturas edificā
orum eſt rn̄debit. Ve q̄ edificat ciuitatē in ſangui
nibus: et preparat vrbē in iniquitate. Nūquid non hec
ſūt a dn̄o exercituū. Laborabūt enī populi i mul
to igni: et gentes in vacuū et deficiēt. Quia re
plebit̄ terra vt cognoſcāt gloriā dn̄i: quaſi aque
operientes mare. Ve qui potū dat amico ſuo:
mittēs fel ſuū: et inebriās vt aſpiciat nudita
tem eius. Replet⁹ eſt ignominia pro gloria.
Bibe tu quoq;: et conſopire. Circundabit te calix
dextere dn̄i: et vomit⁹ ignominie ſup gloriaꝫ
tuā. Quia iniquitas libani operiet te: et vaſtitas
animaliū deterrebit eos: de ſanguinibꝫ hominis
et iniquitate terre et ciuitatis: et oīm habitan
ciū i ea. Quid prodeſt ſculptile quia ſculpſit illud
fictor ſuus cōflatile et ymaginem falſaꝫ: quia ſpe
rauit in figmēto fictor eius vt faceret ſimula-
cra muta? Ve q̄ dicit ligno expergiſcere: ſur/
ge lapidi taceti. Nūquid ipſe docere poterit? Ec
ce iſte coopert⁹ eſt auro et argēto: et omnis ſpi-
ritus nō eſt in viſceribꝫ eius. Dn̄s autē i tēplo
ſancto ſuo: ſileat a facie eius omnis terra.

Oracio abacuc prophete pro ignoranciis.

Domine audiui audicōeꝫ
tuam: et timui. Domine
opus tuum: in medio an
norum viuifica illud. In
medio annorum notū fa/
cies: cum irat⁹ fueris mi/
ſericordie recordaberis.
Deus ab auſtro veniet: et ſanct⁹ de mōte pha
ran. Semp. operuit celos gloria ei⁹: et laudis
eius plena eſt terra. Splēdor ei⁹ vt lux erit:
cornua in manibꝫ ei⁹. Ibi abſcōdita eſt forti/
tudo eius: an̄ faciē ei⁹ ibit mors. Egredietur
dyabol⁹ an̄ pedes ei⁹: et ſtetit et mēſus ē terrā
Aſpexit et diſſoluit gētes: et contriti ſūt mōtes
ſeculi. Incuruati ſūt colles mūdi: ab itineribꝫ
eternitatis ei⁹. Pro iniquitate vidi tētoria ethio
pie: et turbabunt̄ pelles terre madian. Nūquid
in fluminibꝫ irat⁹ es dn̄e: aut in fluminibꝫ fu
ror tu⁹: vel in mari indignacio tua? Quia aſcē
des ſup equos tuos: et quadrige tue ſaluacō. Suſci
tās ſuſcitabis arcū tuū: iuramēta tribubꝫ q̄ locu
tus es. Semp. Fluuios ſcindēs terre: viderūt
te et doluerūt mōtes: gurges aquarū tranſijt. De/
dit abiſſus vocem ſuam: altitudo manus ſuas

leuauit. Sol et luna ſteterunt in habitaculo
ſuo: in luce ſagittarũ tuarũ ibunt: in ſplẽdore
fulgurãtis haſte tue. In fremitu ↄculcabis ťrã:
et in furore obſtupefacies gentes. Egreſſus ẽ
in ſalutez populi tui: i ſalutẽ cũ xp̃o tuo. Per
cuſſiſti caput de domo impij: denudaſti funda
mentũ vſqȝ ad collũ. Semp. Maledixiſti cep
tris eius: capiti bellatoꝝ eiꝰ: venientibꝰ vt tur
bo ad diſpergendũ me. Exultacio eoꝝ: ſicut
eius qui deuorat pauperem in abſcõdito. Vi
am feciſti in mari eq̃s tuis: in luto aq̃rũ mul-
tarũ. Audiui et ↄturbatꝰ ẽ vẽter meꝰ: a voce
cõtremuerũt labia mea. Ingrediat᷑ putredo in
oſſibꝰ meis: et ſubter me ſcateat. Vt requieſcaz
in die tribulacõis: vt aſcẽdam ad pplm accinc-
tũ nr̃m. Ficꝰ em̃ nõ florebit: et nõ erit germẽ
in vineis. Mentiet᷑ opꝰ oliue: et arua nõ affe
rẽt cibũ. Abſcidet᷑ de ouili pecꝰ: et nõ erit ar/
mentũ in p̃ſepibꝰ. Ego aũt i dño gaudebo: et
exultabo in deo iheſu meo. Deꝰ dñs fortitudo
mea: et ponet pedes meos q̃ſi ceruoꝝ. Et ſup ex
celſa mea deducz me victor: i pſalmis canẽtẽ

Explicit abacuc ꝓpħa Incipit ſophonias ꝓpħa

Verbũ dñi qḋ fac
tum ẽ ad ſopho-
niã filiũ chuſi fi-
lij godolie filij a/
marie filie ezech
ie: i diebꝰ ioſie fi
lij amon regis iu
da. Congregans
cõgregabo omia
a facie terre dicit
dñs: ↄgregans hominẽ et pecꝰ: ↄgregãs vo-
latilia celi ⁊ piſces maris. Et ruine impiorum
erũt: ⁊ diſperdaz homines a facie ťre dicit dñs
Et extendã manũ meam ſup iudaz et ſup om
nes habitãtes iheruſalẽ et diſperdã de loco h̃
reliq̃as baal et noia edituoꝝ cũ ſacerdotibꝰ:
et eos q̃ adorãt ſup tecta miliciã celi: et adorãt
et iurãt in dño et iurãt in melchõ: ⁊ q̃ auertũt᷑ de
pꝰ tergũ dñi: ⁊ q̃ nõ q̃ſierũt dñm: nec inueſtiga
uerũt eũ. Silete a facie dñi dei: q: iuxta ẽ dies
dñi. Quia p̃parauit deꝰ hoſtiã: ſanctificauit vo
catos ſuos. Et erit: i die hoſtie dñi viſitabo ſu
per p̃ncipes et ſup filios regũ et ſup omes qui
induti ſunt veſte peregrina. Et viſitabo ſup om
nẽ q̃ arrogãter ingredit᷑ ſup limẽ i die illa: qui
cõplent domũ dñi dei ſui. iniq̃tate et dolo. Et
erit in die illa dicit dñs vox clamoris a porta
piſciũ et vlulatꝰ a ſcḋa: et ↄtricio magna a col
libꝰ. Vlulate hitatores pile. Conticuit omis
pplus chanaan: diſperierũt oms inuoluti argen
to. Et erit: in ťpe illo ſcrutabor iheruſalẽ i lu/
cernis et viſitabo ſup viros defixos in fecibus
ſuis: q̃ dicũt i cordibꝰ ſuis. Nõ faciet bñ dñs:
et nõ faciet male. Et erit fortitudo eoꝝ i direp
cõnẽ: et domꝰ eoꝝ i deſertũ. Et edificabũt do
mos et nõ hitabũt: et plantabũt vineas et nõ
bibẽt vinũ earũ. Iuxta ẽ dies dñi magnꝰ: iux
ta ẽ et velox nimis. Vox diei dñi amara: tribu
labit᷑ ibi fortis. Dies ire dies illa. dies tribu/
lacõnis: et ãguſtie: dies calamitatis et miſerie
dies tenebrarũ et caliginis. dies nebule et tur
binis: dies tube et clãgoris ſup ciuitates mu-
nitas et ſup ãgulos excelſos. Et tribulabo ho
mines: et ãbulabũt vt ceci: q: dño peccauerũt
Et effũdet᷑ ſanguis eoꝝ ſicͭ humꝰ: et corpora
eoꝝ ſicͭ ſtercora. Sz et argentũ eoꝝ et aurũ
eoꝝ nõ poterit liberare eos: in die ire dñi. In
igne zeli eius deuorabit᷑ ois terra: q: ↄſuma/
cõnẽ cũ feſtinacõe faciet cũctis habitãtibꝰ terrã

Capitulum ij.

Conuenite congregamini gens nõ
amabilis: priuſq̃ȝ pariat iuſſio q̃ſi
puluerem tranſeuntẽ diem: anteq̃ȝ
veiat ſup vos ira furoris dñi. Que
rite dñm oms mãſueti ťre: q̃ iudiciũ eius eſtiſ
operati. Querite iuſtũ q̃rite mãſuetũ: ſi quõ ab
ſcõdamini i die furoris dñi. Quia gaza deſtruc
ta erit: ⁊ aſcalõ i deſtũ. Azotũ i meridie eiiẽt:
et accarõ eradicabit᷑. Ve q̃ hitatꝭ funiculũ ma/
ris: gẽs pditoꝝ. Verbũ dñi ſup voſ chanaã ťra
philiſtinoꝝ: ⁊ diſpdã te ita vt nõ ſit ihitator
Et erit funiculus maꝛ́ reqes paſtoꝝ: et caule
pecoꝝ. Et erit funiculus eiꝰ q̃ remãſerit ꝺ domo
iuda. Ibi paſcẽt᷑ i domibꝰ aſcalõis: ad veſpũ re
q̃ſcẽt. Quia viſitauit eos dñs deꝰ eoꝝ: ⁊ auertz
captiuitatẽ eoꝝ. Audiui obp̃briũ moab ⁊ blaſ
phemias filioꝝ amõ q̃ exp̃brauerũt pplõ meo:
et magnificati ſũt ſup ťmios eoꝝ. Proptẽa viuo
ego dic dñs exercituũ: deꝰ iſrl̃. Quia moab vt
ſodõa erit ⁊ filij amõ q̃ſi gomorra: ſiccitaſ ſpina
rũ et acui ſalis: ⁊ dẽſtũ vſq̃ȝ i eťnũ. Reliq̃e ppl̃i
mei diripiẽt illos: reſidui gẽtꝭ mee poſſidebũt
illos. Hoc em̃ eis eueniet p ſupbia ſua: q̃ blaphe
mauerũt ⁊ magnificati ſũt ſup pplm dñi exercituũ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg